

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Cap. 1. Initium Provincialatûs Nicolai Durandi varietate rerum consignatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

HISTORIÆ  
PROVINCIAE PARAQUARIÆ  
SOCIETATIS JESU  
LIBER SEPTIMUS.



**N**ICOLAUS Durandus Mastrillus Italus; gestis magistratibus, si quis alius, per Americam illustris, Collegit Limensis; cum Rector, è Peruviâ solvens sub initium anni, Chilenum regnum Provinciae suæ partem felici navigatione attigit; cuius præfectura initia fausta infastaque res consignarunt. Ordinab Petri Marini, irato Numini debitas in constantiae penas luentes, infelicissimo exitu. Is ideo Societati olim in Bœticâ nomen dederat, quod in flumen ex equo lapsus visset, si aquis, quibus absorbebatur, liberaretur, se religionem professurum. Post aliquot religionis annos in Hispaniâ exactos, in Paraquariam navigans, ita se gessit, ut ex Societatis albo expungimuruerit. In Peruviam delatus, laxaris genio habenis, labefactata jam famâ, dum negotiorum ergo iter habet, equi vitio in rivulum præceps, quamvis trium palmorum aquas vix evolveret, suffocatus interiit. Nemine non advertente, ideo aquis periisse, quod religionem, quam ob evitatem Divino auxilio submersionem voti reus inierat, beneficij immemor turpiter deseruisset. Gabriël Perlinus, antequam Peruviam repeteret, per Cordubensem ditionem excurrens, quadringenta adulæ gentis, partim Indorum, partim Æthiopum capita salubri lavacro abluit. Præterea multi Ienes ab his olim baptizati, qui lingua Æ Indiae expertes, nihil aliud ab initiandis exigebant, quam ut profiterentur se velle fieri Christianos, adhibita catechesi & cautione, denuò sacris undis variis in locis per nostros excursores immersi sunt. Salta, Hispanorum urbs modica, Societatis Collegium accepit. Hanc urbem Ferdinandus Lermaeus Tucumania Prætor anno præteriti sæculi octogesimo secundo, non longè à Peruviæ finibus, in ipso fermè Calchaquinæ vallis ostio, ad reprimendam Barbarorum pervicaciam, feliciter construxit. Causa fundandæ sedis fuit, quod inde Calchaquinis subveniri posse crederetur, & multæ nationes Barbaræ, circum urbem incoleentes, Apostolicorum hominum operam exigenter. Urbis Magistratus ad templum & domum condendum necessaria subministravit. Nicolaus Durandus Provincialis in Calchaquinam vallem penetrans, perspecta Barbarorum & locorum conditione, duas sedes, ante sexennium positas, ideo deserendas esse censuit, quod quatuor Socii planè egregii affererent, neminem è ferocissima gente ex animo Fidem suscepisse: & quererentur Hispani, Societatis reverentiæ se cohiberi, ne perfidam & indomitam gentem, prout merebatur, sub jugum mitterent: cui rationi quamvis Provincialis non satis acquiesceret, prævidens si vi cum bellicosissima natione ageretur, futurum ut ingens damnum toti Tucumania ccrearetur: tamen Sociis inde retractis, satis miserrimæ genti in præfentiarum consultum putavit, si ea è Saltensi vicina sede Sociorum excursionibus excoleretur.

**M**ENSE Februario felici fato Cordubæ è vivis sublatus est Joannes Viana, Provincia nostra non infima gloria. Viania Navaræ oppidum ipsi patria fuit; vel idem mihi designanda, quod Xaverii popularis sui exemplo (ut supra narratum est) cam Româ redux religiosissime despiciens, adire noluerit. E Castellana Provincia, ubi Societatem inverat, ad Bœticam, è Bœtica in Peruviam, è Peruvia jam Sacerdos ante triginta annos ad Tucumania missiones translatus, Quichoam,

## CAPUT I.

Initiū Provincialis Nicolai Durandi varietate rerum confignat.

1623.

Petri Marini inconstantia castigata.

Quadringen-  
ti baptizati.

Saltensis  
Collegiū ini-  
tia.

Calchaquinæ  
sedes depe-  
runtur.

## CAPUT II.

De vita &  
morte Joanni  
Viana.

Eius patria.